

Doktorská sponze

Exāminibus, doctorandī clārissimī, quae ad eōrum, quī doctōris nōmen ac honōrēs cōsequī student, doctrīnam explōrandam lēge constitūta sunt, cum laude superātis, nōs adiistis dēsiderantēs, ut vōs eō honōre in hōc solemnī cōsensū ornārēmus.

Prius autem fidēs est danda vōs tālēs semper futūrōs, quālēs vōs esse iubēbit dignitās, quam obtinueritis, et nōs vōs fore spērāmus. Spondēbitis igitur:

Všichni povstanou

PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā gradum ascenderitis, piam perpetuō memoriā habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs;

DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūros;

POSTRĒMŌ stūdia mathematica et physica impigrō labōre cultūrōs et prōvectūrōs nōn sordidī lucrī causā nec ad vānam captandam glōriam, sed ut vērītās prōpāgētur et lūx eius, quā salūs hūmānī generis continētur, clārius effulgeat. Haec vōs ex animī vestri sententiā spondēbitis ac pollicēbimini?

Doktorandi jednotlivě přísahají na žezlo SPONDEO AC POLLICEOR

Itaque iam nihil impedit, quōminus honōrēs, quōs obtinēre cupitis, vōbīs impertiamus.

Ergō ego, prōmōtor rīte cōstitutus, vōs ex dēcrētō ordinis meī doctōrēs creō, creatōs renūntiō omniaque doctōris iūra ac prīvilēgia in vōs cōferō. In cuius rei fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.